videẗ conſenſiſſe princeps ex q̄ ꝑ. xl. annos obſeruata
fuit incõcuſſe. ſaltẽ in maiori ꝑte eccľiaꝝ. vt de offi. ar
chi. ca. fi. ⁊ ſic cũ facti ſit: nõ vr̄ eã reuocaſſe ꝑ ſuã ḡñ a=
lem ꝯſtõnem in q̄ de ipſa nõ fuit facta ſpālis mẽtio vt
patet ꝑ. c. S. de cõſti. licet. li. vj. Cõtrariũ crede. nã ex=
preſſe dicit textꝰ q̄ q̄cunqꝫ receperit bñficiũ habẽs cu
ram aĺarũ annexã: ſi prius tale bñficiũ habebat eo ſit
ip̄o iure priuatꝰ. qḋ exponit Inno. dicens tale. ſ. curã

Cura aĺarũ habeẗ in du= plici fo ro.

habẽs ſtricte in foro aĩe. S. de peni. oĩs. ſiue large. ſ. ſi
habeat in foro contẽtioſo. de elec. dudũ. ⁊ hoc ſiue ha
beat in eccľia cathedrali/collegiata ꝓchiali vel ca=
pellania: ⁊ etiã lʒ nõ habeat ſpālem eccľiam vel in ec=
cleſia certa. hʒ tñ ſup certa loca iuxta. c. S. de p̄bẽ. ſup
eo. li. vj. de q̄ ꝑ Inno. in. c. de multa. et de offi. archi. cũ
ſatis. ex q̄ ſequiẗ q̄ ſi ſic intitulati in diuerſis eccleſijs
vel bñficijs erãt primo ip̄o iure priuati. ſequiẗ q̄ non
poſſidebãt ipſam a p̄ncipio aliqua poſſeſſiõe colorem
habẽte ſeu adminiculũ iuris: ⁊ ſic nõ p̄ſcribebãt. S. de
reg. iur. ſine poſſeſſiõe. li. vj. viij. di. q̄ iure. S. d̄ p̄ſcrip.
cũm. de reſti. ſpo. ex ꝑte. de reg. iur. bñfi. iũ. li. vj. maxi
me cũ in titulis bñficiorum q̄ oĩno ſunt ſingulares. vt
viij. q. j. olim poſſeſſio vniꝰ nõ iuuat aliũ: cũ in talibus

Benefi cioꝝ ti= tuli ſũt ſingu= lares.

non cadat ſucceſſio iuris vel facti. lʒ in caſu cadat ſuc=
ceſſio litis vel cauſe: vt. S. vt lite pen. ſi hi. in fi. li. vj. et
D. c. olim. et de p̄ben. c. j. de hoc etiã dixi. S. in extraua.
ſuſcepti. Nõ ob. S. de preſcrip. ſi q̄ in exigẽtibꝰ. lib. vj.
vbi nõ p̄ſcribũt priuati ip̄o iure: ſed eoꝝ ſucceſſores cũ
bona fide. in nr̄o aũt caſu nõ eſt dare ſucceſſorẽ. vt di=
xi. S. e. c. ⁊ alia rõ. ſ. q̄ ꝯſuetudo nõ valeat in tantũ gra
uamẽ eccľiaꝝ ⁊ derogationẽ pape ⁊ legis ſue: cũ intro
ducẽdo ꝯſuetudinẽ populus ſeu clerus habeat inten
tionẽ ſuã declarare ex ipſis factis. ff. de leg. l. de q̄bus
ſed ipſe clerus in factis pape nichil hʒ declarare cui
ineſt obſequẽdi neceſſitas nõ auctoritas imperandi.
xix. diſt. ſi romanoꝝ. ⁊. c. in memoria. maxie vbi exp̄ſſe
ſoli pape reſeruatũ eſt. ſicut eſt in nr̄o caſu. ſi. xciij. diſ.
illud. c. diſt. ꝯ morẽ. S. de cõſue. c. j. ⁊. c. q̄to. ⁊. c. vlti. cũ
ſiĺibus. Idẽ videẗ dicendũ de conſuetudine aliquoꝝ
monachoꝝ qua adminiſtratores puta prior etꝰ clau=
ſtralis camerariꝰ ſacriſta celerariꝰ vel ſiĺes poterunt
cũ ſua adminiſtratione tenere vnũ prioratũ extra vel
aliud bñficiũ ſi ſibi alʼs cõferaẗ. qḋ videẗ reprobari in
ꝑpetuis vt hic. ⁊. S. de prebẽ. cũ ſingula. lib. vj. ſecꝰ in
tẽporalibus. vt dixi. S. de priore clauſtrali: ⁊ de officia
libus eoꝝ: ⁊ ſiĺibus. Ad tertiũ q̄ queriẗ an poſſit: ⁊ q̄s
cũ talibꝰ diſpẽſare? Et videẗ q̄ nullus citra papã. qꝛ
ex q̄ talia bñficia facta ſunt incõpaſſibilia de iure ⁊ de
cõſuetudine vel ſtatuto: ⁊ ipſe conſuetudines ⁊ ſtatu=
ta aſſumũt vigorẽ a papa qui i eis tacite vel expreſſe
videẗ cõſentire ⁊ eis firmitatem dare. vt. S. de maio. ⁊
obe. ſi quis. ⁊ de hoc no. S. de cõſti. licet. lib. vj. ergo ci=
tra papã nemo poteſt diſpẽſare. nõ eñ ipſi ſtatuẽtes
ꝑ ſe ſtatuunt: ſed potius ipſe papa q̄ in ſuo canone de=
dit eis poteſtatem ſtatuẽdi. arg. S. de trãſla. inter corpo=
ralia. circa mediũ. ibi p̄ſertim cũ non ſine auctoritate
romani põtificis ⁊c̄. canonẽ. S. de maio. ⁊ obe. ſi q̄s. de
ſentẽ. excõica. ſi cõcubine. Immo videtur q̄ nec ipſe pa
pa ſaltem in his que ſunt ſtatuti vel cõſuetudinis. cũ
diſpẽſatio non faciẽs mentionẽ de alio iure ſpāli non
valeat. S. de preſcrip. cũ olim. ⁊. c. veniẽs. ſed papa nõ
põt diuinare oĩa iura ſpecialia. vt. S. de cõſti. licet er=
go ⁊c̄. Ad qḋ dicendum q̄ in ſupremis et duplicibus
papa. in ſimplicibꝰ vel vno ſimplici ⁊ alio duplici non
requiritur diſpẽſatio ex quo ſunt de ſe compaſſibilia:
vt hic. ⁊ no. de preben. cum iam dudum. ⁊. c. extirpan=
de. §. qui vo. per Inno. fallit primo niſi cõſuetudo vel
ſtatutum faceret ea incompaſſibilia. vt. S. dictum eſt.

Secũdo vbi exigitur perſonalis reſidentia in vtroq;. qr tũc ſup reſidẽtia alteri⁹ ordiarij diſpẽſatio reqrit. niſi forſan dicas q collator ſecundi ipſo facto ſup reſidẽtia diſpenſat in hoc q talí ſic aſtricto pmo bñficio cõfert ſcdm: vt no. Inno. de cleri. non reſi. c. ſi.

effectũ dimiſſionẽ pducere. ſufficit q alo ⁊ ꝓbo expſſo faciãt hoc cũ teſtimonio publico ibi vbi ſunt. et q hoc vt citius poterũt mittãt ⁊ denuncient dictis dioceſa. ⁊ hoc credo q ſufficit dũ tñ poſtea nullũ ius ſibi in ipſis vendicẽt nec p ſe vel p alios aliqđ impedimẽtũ apponant: quominus papa poſſit libere diſponere de eiſdẽ. ar. xxij. q. ij. faciat.

nia obtinere neqbãt: vnũ tñ ex dignitatib⁹ pſonatib⁹ officijs prioratib⁹ᵃ eccłijs vł bñficijs hmõi qb⁹ cura immineat aiaꝝ cũ dignitate pſonatu vł offõ prioratu eccłia vel bñficio ſine cura q hr̃e maluerint ptextu diſpẽſatiõisᵇ ſufficientis circa id eiſdẽ indulte poſſint licite retinẽ qᶜ tñ teneant eligẽ infra mẽſem nũerãdũ a tpe noticieᵈ ꝯſtõnis iſti⁹. ceterisᵉ bñficijs cũ cura vel ſineᶠ cura q ipſi⁹ diſpẽſatiõis pretextu tenebãt ⁊ q aliter añ nõ poterãt de iure abſq; diſpẽſatione aliq licite retinẽ q nos exnũc vacare decernimᵍ: coram ordiarijsʰ ſub teſtimonio publicoʰ infra idẽⁱ tps ꝓbalit

vel realitʳᵏ cũ effectu dimiſſis abſq; eo q ad illa nunq ſine noua collatiõeˡ ab eo q facere poterit faciẽda redire aut eorũ admiſtratiõi ſe imiſcereᵐ pſumãt. Alioqn tã his q aliſ oibus bñficijs q vtute hmõi nr̃i moderaminis retinere poterãtⁿ: vt pteret ſint ipſo iure priuati et pſus inhabiles ad ſilia beneficia obtinẽdaᵒ. ¶ Per hocᵖ aũt his q dignitates pſonatus officia priora tus vel alia bñficia curã aiarũ habẽtia ex diſpẽſatione q iusᵠ tribuat iuxta nr̃aꝫ diſpẽſationẽ moderationem pſcriptam obtinẽt et alia ſilia bñficia nr̃aꝝ vel eorũdẽ pdeceſſorũ auctẽ lr̃arum expectãtiũʳ

a ¶ Prioratibus. Collegiũ. ſ. bñtib⁹ ſeu eccleſiã parrochialẽ ſibi annexã: dũ tñ eccłia imediate p ipm priorẽ regat: qr ſec⁹ ſi p vicariũ perpetuũ: vt. j. §. fina.

b ¶ Diſpenſationis ſufficiẽtis. Diſpenſatio eñi erit ſufficiens ſi qcqd erat ipedimẽti relatũ i ipa fuerit: ⁊ expreſſe ſup oib⁹ diſpẽſatũ: alr nõ. vt. ſ. de elec. dudũ. ij. in fi. ⁊ ꝯſang. q dilectio. de pbẽ. nõ põt. lib. vj.

c ¶ Que. ſ. vnũ curatũ et aliud non curatum.

d ¶ Noticie. ſup. p quẽcunq; de iſtis ſcite. ⁊ ſic nõ a tpe publicationis facte in curia vel in pũincia. qr ſi intelligeret publicationis ita dixiſſet ſicut dicit noticie. ar. ſ. de deci. ad audientiã. ⁊. de cõceſ. pbẽ. qr diuerſitatẽ. cũ ſilibus. Io eñi q neſcit nõ dr poſſe experiri. ij. q. v. biduũ. ff. de calũ. annus.

e ¶ Ceteris. verſiculus eſt.

f ¶ Sine cura. alr tamen de ſe incõpaſſibilia de iure. vt. j. pater.

g ¶ Coram ordinarijs. id eſt dioceſanis non alijs. vt. j. eo. §. ceterum.

h ¶ Publico. ſ. tabellione vel pape vł imperatoris vel alio creato tñ ab illo q ptãteꝫ habuerit hũc creãdi ex ꝯſuetudine vel de iure: vt legit et not. ſ. de fi. iſtru. c. j. ⁊. ij. ⁊. c. cũ dilect⁹. ⁊. c. fi. ſi. ſ. de ele. vt circa. ⁊ de offi. ordi. ſi canonici. li. vj. an officiũ tale ſit volũtarie iuriſdictiõis intm q ex territorij creãtis ipm valeat exercere: vel poti⁹ ꝯtẽtioſe ⁊ ſic nõ poterit: nõ eſt materia ꝓpria. Sed de hoc notat Hoſti. ſ. ne cle. vł mo. ſicut te. Sed nunqd autẽticũ ſigillũ epi vel alterius plati ex. ⁊ teſtimoniũ publicũ? Nõ videt: qr ſi papa hoc voluiſſet adiecisset ſicut fecit in dicta decre. ſi canonici. et in c. vt circa: adiecit lr̃is qđ exponat ſigillo autẽtico ſigillatis. Credo q autẽticũ ſigillũ ſatis faciat teſtimoniũ publicũ: dũ tñ illi⁹ cui⁹ eſt ſigillũ pncipaliter nõ tãgat ſed alios potius marie ſubditos. arg. ſ. de ꝓba. poſt ceſſionẽ. ⁊. c. qm. ⁊ de teſti. a nobis. cũ ſi. vñ lꝫ in iudicialib⁹ nõ credat regulariter vni vel ei⁹ ſigillo. vt. ſ. de ꝓba. qm. in extraiudicialib⁹ tñ talib⁹ miniſtris et eorũ ſigillis circa officiũ ſuũ credit. arg. ff. de reb⁹ cre. l. magis. §. aliud. ſic Cõpoſt. ſ. de reſcrip. capitulum.

Sigillũ epi an ſit teſtimoniũ publicum.

i ¶ Idem tempus. ſ. ſex menſium.

k ¶ Realiter. dũ tñ eſſent preſentes in ſuis bñficijs alr ſi ſint in curia: vel alr lõge ita q pſentialiter hanc realitatem nõ poſſunt infra dictũ tps oſtẽdere: nec ad

l ¶ Noua collatiõe. q imediate eis fieri poterit etiã p ordinarios ſi alr bñficia iſti incõpaſſibilia dimitterẽt dũ tñ eſſet ordiarijs facultas diſponendi de iſtis cũ nõ ppter crimẽ: ſꝫ ſolo placito pape iſti huiuſmodi bñficijs ſunt priuati. ar. ſ. de elec. ſuꝑ eo.

m ¶ Se imiſcere. Et ſic eſt. ar. q imiſcens ſe beneficio q priuat⁹ eſt vel ſuſpẽſus: iure qđ leo obtinet priuat⁹ eſt ipo iure. qđ credo verũ vbi expſſit in penã hoc eſt in ipſa vel alia ꝯſtõne adiectũ: ſicut eſt hic. j. alioqn ⁊c. ⁊. ſ. de elec. cupiẽtes. §. ceterũ. li. vj. alr ſec⁹. ſed puniet arbitrio ſupioris. vt. ſ. de elec. ſtatuim⁹. in fi. lib. vj. ⁊ ibi p Hoſtiẽ. ſuſpẽſio eñi a bñficio nõ pcedit a claue nec cõprehẽdit ſub cẽſure noie: ſed ſuſpẽſio ab officio dũtaxat. ſ. de ver. ſig. querẽti. ⁊ de exceſ. prela. tãta. qđ patet. qr abbatiſſa lꝫ nõ habeat claues: vt. ſ. de peni. noua. nichilomin⁹ hãc penã infligit. vt. ſ. de maio. ⁊ obe. dilecta. alr per totum mundũ ſe extẽderet ſicut vſus clauis ſe extẽdit. vt. ſ. de treu. c. j. in fi. ⁊ tñ nõ trãſgreditur territorium proferentis eandem. vt. ſ. de elect. ſi compromiſſarius. lib. vj. cum ſimilibus.

n ¶ Poterãt. Quecunq; illa ſint: ſiue de iure cõi ſine diſpẽſatione mediãte eis cõpeterẽt et ex q dicit. ſ. oibus In ꝯtrium vr̃. nam ſola illa vr̃ eis auferre q obtinebãt ex diſpẽſatione ⁊ nõ alia. qđ vr̃ innuere pcedens ꝟbũ ibi: vtute hui⁹ nr̃i ⁊c. q ſec⁹ de alijs marie cũ ſit penalis hec ꝯſtitutio: ⁊ ſic reſtringenda. de peni. di. j. pene. ꝓ prima parte facit qđ ſequit et prorſus inhabilis ⁊c. huic tñ poſſet reſpõderi q turpius eijcitur et difficili⁹ q nõ admittitur hoſpes. ſ. de iniur. quẽadmodum.

o ¶ Obtinenda. Et ſic qui grauiter offendit principem multiplici pena punitur. ſ. de iudi. at ſi clerici. in fi. de exceſ. prela. grauem.

p ¶ Per hoc autem. quinta pars.

q ¶ Que ius tribuat. Scꝫ ſpeciale cum priuilegiũ ſit ius ⁊ lex priuata. iij. diſt. porro.

r ¶ Expectãtiũ. Et ſic habebãt ius ad rẽ tñ. vñ no. hic q ſuperueniẽs ꝯſtõ pũatiua forti⁹ opatur i bñficijs realiter poſſeſſis q in his in quibus tñ ius eſt ad rẽ. qđ eſt ꝯ decr. ſ. de ꝯceſ. pbẽ. qm. li. vj. Dic q nõ obſtat: qr ibi ſimplr reuocabat expectãtes ⁊ ius ad rẽ ſolũ obtinẽtes. hic ſub cõditione optiõe. ſ. ſeruata retinẽdi qđ

cū q̄b⁹ eſt vt illa cū vacauerit recipe ⁊ vna cū obtētis retinē licite valeāt diſpēſatū: noluimus derogari qn ea cū vacauerint ifra dicti tpis ſpaciū poſſint eligē: ⁊ dimiſſis aliis recipe i forma pſcripta ac licite retinē: penas ſiles incurſuri ſi hmōi nr̄e ɔtraire pſumpſerit ſanctiōi. ¶ Porro[a]. qr q̄rūdā oclos ſic auare[b] cupiditatis viciū excecauit ꝙ pl'a talia bñficia ſil' abſqȝ diſpenſatiōe canonica retinere pſumūt[c]: nos de illis pn̄ti decreto ſtatuim⁹ vt oīa ⁊ ſingl'a bñficia ſic detēta (illo tn̄ retēto qd̄ vltio receperit dūmō in eo ex collatiōe canōica[d] ɔpetat ius eiſdē[e]) ifra tp̄s vt pſcribit limitatum ꝟbo⁊ facto ac ſine fraude: corā ordiariis ſub teſtionio ſilit' publico dimittē teneant. ꝙ ſi nō fecerint[f]: ⁊ illo ſint ip̄o iure priuati i q̄ ius eis al's ɔpetebat: ⁊ ihabiles[g] penit⁹ ad quecūqȝ obtinēda eccl'iaſtica beneficia cenſeantur. ¶ Qui vero[h] deinceps[i] receperint dignitatē vel pſo

velle: q̄ optio nō poſſet hr̄e locū in hoc caſu niſi adhuc ꝑdurarēt ius iſtis expectātib⁹. qd̄ fit ne ſint deterioris ɔditiōis q̄ alii ⁊ ꝙ ɔſtitutio ſit oib⁹ equa. ⁊ ne eorū ipetratio multis expēſis ⁊ laborib⁹ obtēta eis penitus ſit dānoſa: cū ignorēt meritis qd̄ obtinebant rōne expectatiōis. qr de futuris nemo cert⁹. ⁊ ſic optare nō poterāt. ⁊ ſic impeditis nō imponit̄ cōſtitutio: ſicut nec ignoranti currit tp̄s vt. ff. d ɔſti. c. ij. de elec. eis.

Futura ſunt incerta.

a ¶ Porro. ſexta pars.

b ¶ Auare. auaricia eīn eſt idolo⁊ ſuit⁹. vt ff. de pbē. auaricie. ⁊ d elec. auaricie. li. vj. nam ipa excecat poſſeſſores ſuos: vt in. d. c. auaricie.

c ¶ Preſumūt. Hec pſumptio inducit infamiā furti ⁊ pctm̄ mortale vt. ff. de elec. dudū. ij. vbi de hoc. nā p iſtud qd̄ erat expulſiuū olim alio⁊ ex quo alia erāt ſibi incōpaſſibilia vr̄ aliis tacite renunciaſſe ⁊ ipſa p derelicto habuiſſe iuxta decr̄. ff. de pbē. de multa. xxj. q. ij. ſi q̄s iā tranſlatus. ar. xxxij. q. ij. cū renunciat̄. nā ſicut clau⁹ clauo retundit̄: ſic vnū bñficiū alio. de iſtis tn̄ incōpaſſibilib⁹ dic vt in. c. de multa. p hoc eīn vr̄ ſublata opinio Bar. poſita. ff. de offi. or. ordinarij. lib. vj. que videt̄ in talibus dare electionē de quo dic vt ibi ⁊ in ſequēti glo.

d ¶ Ex collatiōe canonica. Hoc vr̄ impoſſibile ꝙ ex quo q̄s pmo tenebat pl'a bñficia curata ⁊ incōpaſſibilia ſine diſpēſatiōe: ⁊ ſic p ɔñs erat vt fur/ infamis/ et ineligibilis/ ⁊ in mortali pctō ɔſtitut⁹. vt. ff. d elec. dudū. ij. ꝙ tali canonice poſſit aliud dari. imo dicit decr̄. ꝙ niſi pri⁹ talia ſic ſine diſpēſatiōe obtēta libere ⁊ ſpōte reſignet: collatio facta de aliis penit⁹ nulli⁹ eſt momēti: vt. ff. d offi. or. ordinarij. in ſi. Pōt dici ꝙ illa loq̄tur vbi pl'a tenebat illicite anteq̄ vltimū aſſeq̄ret̄ vl' vbi illa pora hēbat licite cū diſpēſatiōe: ſed nō erat in ea ꝙ nō poſſet aliud recipere ſed hic vbi duo tn̄: ſic ꝙ ante aſſecutionē ſecūdi licite tenebat pmū: ⁊ ſic cōcordat ibi cū decre. de multa. ff. de pbē. Cū decre. de multa. vr̄ iſti ſilis oino. ſȝ huic ɔdicit etiā l hoc qd̄. ff. dixerit pl'ima: qd̄ ꝟbū pl'a q̄ duo vr̄ ɔphendere. q̄re vr̄ poſſit⁹ ꝙ ſpāl's ſit hec ꝓuiſio p quā papa vult talib⁹ ꝓſpicere efficiēdo grām. ſ. ꝙ dato ꝙ in nullo de iſtis haberēt ius. poſſint tn̄ vigore hui⁹ decre. vltimū retinere: al's eis canonice collatū. qd̄ denotat hoc ꝟbū al's. q. d. non erat oino canonica collatio ꝓpter pluralitatem q̄ hoc ipedierat. ſȝ al's. i. ſi nō eſſet pluralitas canonica erat. aliter nō video ꝙ poſſet reſponderi dictis decre. dudū. ⁊ ca. ordinarij. Un̄ iuxta hoc vidi dubitari an obtinētes plura bñficia de ſe incompaſſibilia ſine diſpēſatiōe habeāt vocē in electiōe: ⁊ ſic an poſſint eligere actiue. ſcd̄o an poſſint eligi paſſiue. tertio an ſi quis elect⁹ fuerit poſſit ſecū p inferiorē papa ſine reſignatiōe diſpēſari. vn̄ planū eſt ꝙ ⁊ talis cū ſit in pctō mortali. vt no. glo. ff. de elec. dudum. in ſi. ⁊ ſic quo ad ſeipm tn̄ ſuſpenſus: nō quo ad alios: non dȝ in officio ſuo vitari vt legit̄. ff. de vi. ⁊ ho. cle. queſitū. imo ſi acquiſiuit bñficiū poterit cū eo p ſuū epm diſpēſari ꝓut videnṫ no. Inno. ⁊ Hoſtie. ff. de tēp. ordi. dilect⁹. et de cle. ex. poſtulaſtis. glo. in ꝟbo. diſpēſare. qd̄ credo verū niſi dictū pctm̄ nō habebat infamiā publicā ſeu reſtitutionem rei aliene ſibi annexas: nec ſi tale qd̄ al's ipediat de ſe executionē ordinū vel officii poſt ꝑactā penitētiā d quo p Inno. ff. d deſpōſa. ipu. ad diſſoluendum. ⁊ de renū. niſi. ſicut eſt iſte. niſi forſan aliud ſit poſt dimiſſiōem illo⁊ bñficio⁊ q̄ iniuſte detinet. vt in ca. dudū. Sȝ an poſſit eligere vl' eligi q̄rit̄: ⁊ ꝙ poſſit eligere ē arg. ff. d elec. cū vintoſi. niſi ſuſpenſus p trienniū a bñficiis ꝓ eo qr inſufficientem elegit ſi interim imineat electio: eligere poteſt. ſa. etiam. eo. c. ꝑpetuo. lib. vj. Item etiam ꝙ eligi poſſit facit. ff. de iure iur. ſicut noſtris.

Electō an ipediat ꝓpter bñficio⁊ incompaſſibilitatem

e ¶ Ius eiſdē. al's ſub audi q̄ ꝓpter pluralitatem.

f ¶ Qd̄ ſi nō fecerint. ꝟſi. Guil. de monte laudano.

g ¶ Inhabiles. ſup. ꝑpetuo/ ex q̄ ifra ſex dictos mēſes nō cōpleuerint pmiſſa. ⁊ in hoc addit̄ ad decre. dudū. p quā tenet Inno. ꝙ ſtatim libera dimiſſiōe facta de illis bñficiis q̄ iniuſte tenebat deſinebat eſſe ſuſpēſus ineligibilis ⁊ infamis. qd̄ intelligebat Hoſti. ff. de reſcrip. poſtulaſti. in ſi. i reſtōne pri⁹ tn̄ fctā de fructibus male pceptis: ātea ꝟo nō. hic aūt idefinite ⁊ ſic ꝑpetuo eos ihabilitat. qui eīn ſimplr̄ deponit̄: ꝑpetuo deponit̄. vt. l. di. c. j. l ſi. qd̄ crederē verū ſi pena iponeret ꝓ crimine cū cauſe cognitiōe et diffinitiue: ⁊ bñficia talis ſtatim poſſint ɔferri ex q̄ eſt p ſnīam dānat⁹. ſi ꝟo interloquēdo nō expſſa cā tūc vſqȝ ad abſolutionē intelligit̄ ſuſpēſus: nec rūpat̄ neruus eccl'iaſtice diſciplīne. Si ꝟo fuerit cā expſſa vt qr ꝓ cōtumacia vel offenſa. tūc vſqȝ q̄ d illis ſatiſfaciat. ſȝ vbi ꝓ ɔtumacia vt hic vr̄. tūc nō eſt ꝑpetua pena ſimplr̄ appoſita: ſed tēpalis tn̄. i. q̄diu ɔtumacia durat. vt. ff. de ɔſti. ex litteris. vbi de hoc. quare hec decre. videt̄ intelligenda ſm dictas opi. doctorum: ſed prima videt̄ verior. ſ. ꝙ pena ſit perpetua: p hoc ꝙ ponitur. ī. in ꝟſi. alioquin ibi extunc ⁊c. vbi inhabilitant̄ quo ad ordines ⁊ quo ad quodcunqȝ aliud beneficium. ⁊ priuant̄ etiā licite obtentis. magnum etenim crimē eſt tantā inobedientiam cōmittere aduerſus ſic deliberatā et ſic expreſſam principis voluntatem: ⁊ ideo ſatis ꝓ crimine potiuſqȝ pro contumacia videt̄ dicta pena infligi. ar. ff. de malo. illud. lxxxj. di. ſui ſunt pbri. cum ſi.

h ¶ Qui vero. vij. pars.

i ¶ Deinceps. Hoc intelligas de his in quib⁹ tempore cōſtitutionis nō obtinebat ius in re: ſed ad rem: vt. ff. dicitur in § p hoc. quem tantū iſte § reſpicit. ſecus autem eſſet de vacātibus al's q̄ per iſtā ɔſtōnem in quib⁹ antiqua iura nō ꝑmutant̄: cū p ſpecialē ꝓuiſionē cōia iura regulariter nō tollant̄. j. q. vj. exigunt

xxx.diſtin.per totum.⁊ ſic q̃tum ad hoc eſt cõſtitutiõ ius iuris noui/non autẽ recitatiua antiqui. ſimile de. hoc legitur.ſ.de preben.de multa.

a ¶ Illud quo ipſe iure.de quo.ſ.de prebẽ. de multa.⁊.c.ex.licet epiſcopus.lib.vj.

ſicut epi de ſuis ꝑpꝛijs nũq̃d cẽſebit dioceſanus ipſe abbas in hoc caſu? Nõ credo cũ hic ſit ſpãlis ꝓuiſio a qua recedendũ nõ eſt.⁊ ſi ꝑ q̃ dura ſit.ff.q̃ ⁊ a q̃b⁹. l.pſpexit.⁊ ſic erit hic caſus eṗalis q̃ cõputet int̃ illos deq̃b⁹ no.hoſt.ſ.de viur.cũ tu.

natũ ſeu officiũ: aut aliđ bñficiũ curã aiarũ habens annexã ſi ãtea ſiĺe bñficiũ obtinebant: illud^a q̃ ipõ iure poſtq̃ ſcđi poſſeſſionẽ habuerit: vel ꝑ eos (oĩ dolo ⁊ fraude ceſſantib⁹) q̃min⁹^b habeãt ſteterit^c priuati noſcunt̃: abſq̃ more diſpẽdio: i ordinarioꝝ manibus dimittẽ debeãt pari mõ^d Alioq̃n^e extunc ſint ipſo iure ſecũdo^f priuati ⁊ nedũ ad ſacros ſuſcipiẽdos ordines: q̃n etiã ad habẽdũ q̃đcũq̃ aliud eccĺiaſticũ bñficiũ inhabiles reputent̃. ¶ Que^g oĩa ⁊ ſingula bñficia vacatura^h vt p̃mittit̃ vĺ dimiſſa/nr̃e ⁊ ſedis^i apĺice diſpoſitiõi de ipſorum fratrũ ꝯſilio reſeruam⁹: inhibẽtes ne q̃s p̃ter ro.põ. q̃cunq̃ ſit ſuꝑ hoc auc̃te munitus de hmõi bñficijs diſponẽ/ vĺ circa illa ꝑ modũ ꝑmutationis vĺ aĺs inouare hoc q̃quo mõ^k p̃ſumat. ¶ Nos^l eñ ſi ſecus actũ ſeu attentatum fuerit irritũ decernim⁹^m ⁊ iane. ¶ Ceterũ^n ordinarios itelligim⁹ in caſib⁹ ſupraſcriptis ep̃os^o in quoꝝ ciuitatib⁹ vel dioceſib⁹ cõſiſtũt bñficia ſeu aliq̃đ eoꝝ q̃ debẽt ſm p̃miſſa dimitti aut ipi q̃ ea debẽt dimittere ꝯmorant̃: vel eccĺijs cathedralib⁹ vacãtib⁹ capitula^p earũdẽ. Et hi^q de bñficijs tã dimiſſis^r q̃ vt p̃mittit̃ ꝑditis^ſ nos ad apĺicam ſedẽ certificare ſtudeant q̃ꝑmũ ꝯmode^t poterunt indilate: vt de illis ſalubriter diſponere valeam⁹^v. ¶ Quãtũ^x aũt ad modificationẽ^y ꝑſonatuũ attinet antefatã: illa dũtaxat ⁊ nõ alia bñficia eccĺiaſtica q̃cũq̃ noie nũcupent̃: curã habere cẽſem⁹ que parrochias habent in quibus eſt animarũ^z cura annexa: nõ per vicarios ꝑpetuos^2 ſed ꝑ rectores aut miniſtros bñficioꝝ ipſorum vel illorum temporales vicarios exercenda: necnõ^a

b ¶ Quomin⁹ habeãt. ſ.abeũdi poſſeſſionem

c ¶ Steterit. ſ.ſ.đ elec.ꝯmiſſa.§.ann⁹.li.vj.

d ¶ Pari mõ ſ.īfra ſex mẽſes ſub teſtionio publico ꝓbaĺr/realiter ⁊ cũ effectu

e ¶ Alioquin verſiculus.

f ¶ Secđo ⁊ ſic hic iſto.ſ.ſcđo i q̃ ius habebat ⁊ ſbito. ſ. p̃mo in q̃ nõ hẽbat ius ⁊ i hoc addit̃ ſcđa pena ad dictam decr̃.đ mĺta. nã p̃mũ erat ibi.ſ. q̃ eẽt p̃mo bñficio ipõ iure p̃uatus: ⁊ ſcđo p̃uaret̃: ſ3 hodie i caſu huius.c.ſunt ipõ iure priuati vtroq̃ vt ḣ p3. tertia: vt ſint inhabiles ab ordinib⁹ ſuſcipiẽdis q̃rta a q̃cũq̃ bñficio: vt.j.ſequit̃

g ¶ Que oĩa. viij.pars.

p ¶ Capĺa q̃ ſuccedũt i adminiſtratiõe eccĺe vacãt.ſ. đ maio. ⁊ obe. eṗalis.li. vj.de here.cũ ex iniuncto.in ſi.

q ¶ Et hi.verſiculus.

r ¶ Dimiſſis Per inobediẽtes huic ꝯſtitutioni

ſ ¶ Perdit.ſ. ſu.ꝓpt penã huius ꝯſtõis vbi rebelles vel inobediẽtes in dimittendo eſſent

t ¶ Q̃ꝑmũ cõmode.ſimi.ſ.đ. elect.cupientes §.j. in ſi.lib.vj.

v ¶ Valeam⁹ Et ſic ex h⁹ ⁊ ex multi ſ. poſſet appeti hec ꝯſtõ ſpãlẽ ꝓuiſionẽ ꝯtinet.nec i aliq̃ papa intẽdit ꝑ iſtã decr̃.đ mĺta. vel alia iura de hac mãtia loq̃ntia q̃tũ ad alia bñficia corrigẽ vĺ i aliq̃ imutaĺ nec eſt i alijs ad ꝯñam trahẽda.

h ¶ Vacatura. Ut p̃mittitur: vt q̃ eliget q̃đ mallet vbi plura tenebat cum diſpẽſatiõe: vel retinebit vltimũ vbi alia tenebat ſine diſpẽſatiõe. vel primum vacabit q̃đ licite obtinebat vbi ſcđm adipiſcit̃ in quo habebat ius ad rem tp̃e quo iſta conſtitutio fuit facta/ aĺs ꝯ. vt.ſ.vel q̃ oĩbus ipſo iure priuatus erit ſi hãc decre.non ſeruet.et ſic poſſunt eſſe vacatura propter ipſam decre.altero de quattuor modis.

i ¶ Sedis apĺice. Et ſic durabit ꝑpetuo hec prouiſio cũ ſedes ipſa nõ moꝛiatur.vt.ſ.de reſcꝑ. ſi gratioſe.lib.vj.xij.q.ij.liberti.

k ¶ Quoquo mõ. Et in hoc caſu ceſſabũt ꝓuiſiões illarũ decret̃.ſ.de p̃ben.ſtatutũ.⁊.c.apĺica.lib.vj.cũ nõ ſit mirũ ſi ꝑ ſpãle gñali ⁊ ꝑ vltimũ p̃oꝛib⁹ deroget̃. ſ.de reſcrip.c.j.⁊ de offi.dele.ſuꝑ queſtionũ.in prin.

l ¶ Nos enim.verſiculus.

m ¶ Decernim⁹ irritum. De hoc decreto.dic.vt.ſ. de elec.ſi eo tp̃e.⁊ de cõceſ.p̃ben.q̃ cunctis.lib.vj.

n ¶ Ceterum.nona pars.

o ¶ Ep̃os. Et ſic ſtricte accipit̃ ḣ ordiari⁹ ꝓ dioceſano tñ: aĺs aũt regulariť accipit̃ ꝓ p̄lato alicui⁹ eccĺie maxie in bñficijs ad plenã eoꝝ collationẽ ſpectãtib⁹ ſ.de elec.l3 canõ.⁊ de of.ordi.li.vj.Quid ḡ erit đ illis rectoꝛib⁹ quib⁹ ex p̃uilegio abbas cluniaceñ.ꝯmittit curã aiaꝝ: inſtituit ⁊ deſtituit: ⁊ facit ꝑ quẽ vult eṗm ordinari ⁊ breuit̃ in oĩb⁹ ⁊ ꝑ oĩa diſponit đ p̃bris ſuis

ar.ij.q.vij. exigunt.xix.diſt.ſciendum.cum ſi.

x ¶ Quantum.x.po.Guil.de mõte laudano.

y ¶ Modificationem. Hoc enim reſtrictionẽ denotat vt.ſ.de verbo.ſigni.tranſmiſſe.

z ¶ Aiarum.cura exercẽda.ſ.in foro aie vt hic: ſiue in foro contentioſo.vt.j.ibi:necnõ. ergo a ꝯtrario ſenſu de bñficijs ſimplicib⁹ etiã ordinẽ p̃bĺalẽ diaconalẽ vel aliũ ſibi annexũ ex q̃ aĺs curã nõ hñt: nõ intromittit ſe hec conſtitutio: ſed de curatis dũtaxat ad hoc q̃ dicant̃ priuati ipſi obtinentes.vt.ſ.patet. Cura duplici foro exercet̃.

2 ¶ Perpetuos. In hoc deuiat a decre.ſ.de p̃bẽ.cũ ſingula.in p̃n.li.vj. ⁊ eſt caſus diuerſus nõ aduerſus S3 q̃ eſt rõ diuerſitat̃? Dico q̃ ãbitio monachoꝝ cui ſoli dicta decr̃.cũ ſinĝla. obuiat tãto dãnabilioꝛ ẽ q̃to ipſi mittẽdo manum ad aratrũ: reſpiciẽdoq̃ retro: in ipis auaricie accẽdit̃ appetit⁹.vt.ſ.de elec.q̃rũđã.li. vj.ḣ aũt vniuerſos ꝓſpicit. vĺ aliẽ.hec ꝓuidet circa incõpaſſibilia ſpãlr: illa ꝟo circa multiplicia q̃cũq̃ ſint gñalr. Uñ notab̃ ex h⁹ ẽt ꝟbo ꝑpetuos/q̃ iſta decr̃.ñ aſtrigit tp̃ales officiales ep̃oꝝ ſeu miſtros ſicut ſunt p̃ores clauſtrales officiales ep̃oꝝ ſeu vicarij/pnlarij/ celerarij/ſeu ſiĺes q̃ de ãno i ãnũ in ſuis mõaſterijs cõmutãt̃ vt đ h⁹ dixi.ſ.

a ¶ Necnõ.ſ.locut⁹ eſt pa pa de cura q̃ exercet̃ in foro aie: nũc loquit̃ de illa q̃ exercet̃ in foro cõtentioſo quã vocat tex.ſpãlem iuriſdictionẽ.ſ.de p̃bẽ.ſuꝑ eo.lib.vj.de elec.dudũ.§.tandẽ

etiā illa[a] quoꝝ miniſtris rōne bñficiorū[b] hmōi cōpetit viſitare[c]:inqrere[d]:pcurationes[e] recipere ſuſpēdere[f] excōicare[g]:ſeu[h] ab excōicationis ⁊ ſuſpēſionis ſententijs abſoluē[i] de conſuetudine[k] vel de iure[l] iuribꝰ alijs de aīarū cura lo=

a ❡ Illa. Scilʒ beneficia.

Subiecta talia ſunt qualia ꝯmittūtur ab eoꝝ ꝓdicatis

b ❡ Ratione bñficioꝝ. Not. ꝙ ex hoc ꝙ cōſuetū eſt exerceri ꝑ miniſtros bñficioꝝ talia ipſa bñficia indicari iuxta hoc qḋ dr. Talia accipi ſubiecta ꝗlia ꝓdicata ꝯmittūt. vt no. glo. ꝫ. de deci. dudū. in fi. ⁊ ſic nō curemꝰ de noibus bñficioꝝ: ſed de his poti' ꝗ ſolita ſunt fieri per miniſtros ipſoꝝ cū officiū iſtarū perſonaꝝ eccl'iaſticarū ſubiectarū regule ſicut ſunt canonici/archipbři/et ſimiles: de quibꝰ habes. j. q. iij. ſaluator. ẜm diuerſas cōſuetudines circa diuerſa verſeť. ⁊ ideo illis titulis de offi. archi. ⁊ ceteroꝝ ſequentiū nō potuit dari certa doctrina de certis officijs certis dignitatibꝰ applicādis: immo vnū ⁊ idē officiū certis qñqꝫ officialibꝰ applicať: ſicut vides de ſacriſta et cuſtode ꝗ hñt ſibi cauere de oleo. vt. ꝫ. de offi. ſacri. ⁊ cuſto. vñ videbis ꝙ in eccl'ijs aliqbus archidiaconatꝰ ſint oīno ſine cura aliqua ⁊ iuriſditione ſicut eſt in eccl'ia valētina et ꝓpoſitatus ſicut ſunt illi de quibus no. Inno. ꝫ. de prebē. de multa.

Foꝝ ſpūale ꝯtētioſum habēs qd exercere pōt.

c ❡ Viſitare. No. hic ſubſequēter. vj. ꝗ ad ſpūale forū ꝯtētioſū ſpectāt. ſ. viſitare: inqrere: pcurare: ſuſpēdere: excōicare: abſoluere ab excōicatiōe ⁊ ſuſpēſione Septimū apponit decre. dudū ꝭ. tandē. ſ. interdicere quoꝝ etiā alterū tñ ſufficeret ꝑ ſe qꝫtū ad penā huius ꝯſtōnis. qḋ patet in hoc qḋ .l. addit ſeu/qḋ totā orōnez alternatiuā facere videť. vt. ꝫ. de reſcrip. iter ceteras Quid ḡ erit de iſtis prelatis religioſis ſeu ſecularibꝰ ꝗ eccl'ias in ꝗbꝰ hñt ꝑpetuos vicarios ꝗs ꝓſentāt epīs ⁊ ibi rōne tꝑaliū de ꝗbꝰ hñt eis rñdere: ſemel in anno viſitāt ab antiꝗ de ꝯſuetudine ⁊ pcuranť? Nō videť hře locū hec decre. cū rōne alicuiꝰ ſpūalitatis hoc non faciat: ſed rōne tꝑalitatis dūtaxat. ⁊ iō cū nō attingāt aliqḋ qḋ verſetur circa ſubiectionē regule/nō hʒ locū hec decre. ſecꝰ aūt ſi viſitatio tēderet ad aliqḋ tāgens diuinū officiū qꝫtūcūqꝫ modicum ſicut faciunt aliqui archipbři ꝗ non habent dū viſitant inquirere: niſi de cuſtodia euchariſtie/⁊ pānis altaris/⁊ ſimilibus: ita ꝙ non excōicant: nec corrigunt: al's non abſoluunt. de quo dic per Inno. ⁊ Hoſtien. ꝫ. de cenſi. auctoritate.

Seu/alternatiua ꝓcedentia ⁊ ſequētia reſpicit

d ❡ Inquirere. ❡qꝫtūcūqꝫ de modicis rebus: dū tamen ſint tales que ſint eccleſiaſticis regulis ſubiecte Secus de mere prophanis. vt. ꝫ. dixi.

e ❡ Procurationes. Que rōne viſitationis: et ſic de iure debētur. qꝛ ſecus ſi rōne cōſuetudinis/ pietatis/ vel conſtitutionis ſint al's ſine viſitatione debite. de quibus loquitur iura. xviij. q. ij. eleutheriꝰ. ꝫ. de ſup. neg. prela. c. ij. de preſcrip. cū ex officij. que tales in aliquibus locis vocantur alberge/vel cene.

Abbatiſſa ſuſpendere pōt licʒ claues eccleſie non habeat.

f ❡ Suſpēdere. Tali ſuſpēſione. ſ. ꝗ pcedat a claue de qua. ꝫ. de exceſ. prela. tāta. ⁊ ꝗ attingat diuinū officiū. vt. xj. q. iij. ſi ꝗs epūs vtroqꝫ. al's aūt nō pōt intelligi de alia ſuſpenſione ꝗ ſuſpendiť ꝗs a ſolo bñficio vel alijs actibꝰ tꝑalibꝰ. a ꝗbꝰ etiā ſuſpēdit abbatiſſa ꝗ nō hʒ claues. ⁊ alij ſcl'ares. de ꝗbꝰ. ꝫ. de ma. ⁊ obe. dilecta de peni. nona. de elec. ſi cōpromiſſariꝰ. li. vj. nec de illa de qua loquūtur iura. ꝫ. de tēpo. ordi. ex tenore. et ca. ꝙ tranſlationē. vbi de hoc ꝑ Hoſtien. de peni. omnis.

Excōicare qd

g ❡ Excōicare. Qḋ eſt extra cōionē hoīm ⁊ pceptionē ſacramētoꝝ aliquē ponere: ſiue diſtrahat a cōione hominū tñ: ſiue ſacramentoꝝ tantū: ſiue vtriuſqꝫ. et intelligo ſi exercendo iuriſditionē in foro contentioſo ſolēniter hoc faciat. qꝛ ſecus ſi tāꝗꝫ ſimpliciter curatꝰ iuxta decre. ꝫ. de offi. ordi. ſi ſacerdos.

h ❡ Seu. Iſta eſt alternatiua. de qua. ꝫ. dixi ꝗ omnia precedentia ⁊ ſubſequētia reſpicit. argu. ꝫ. de appel. ſecūdo. ⁊ c. inquiſitioni.

i ❡ Abſoluere. Et ſic no. ꝙ nō ſemꝑ qui excōicat abſoluit. vt de ꝯſe. diſt. iij. ſane. de ſen. exc. ex tua. ⁊ c. ꝗcūqꝫ. li. vi. C. vbi ſenatores. ꝗ tiens ꝭ. adeo. C. de offi. pcōſul. l. ij. Cōtra. de pe. diſtin. j. verbū. vbi dť ꝙ dñs par ius ligādi ⁊ ſoluendi eſſe voluit: ex quo vtrūqꝫ pari cōditione ꝓmiſit ergo qui ſoluēdi ius nō hʒ: nec ligādi. de quo dic vt ibi.

Iuriſditionē hñt alıqui in ſuos ſeruitores.

k ❡ De cōſuetudine. Puta archidiaconis/vel abbatibus ſeu al's in dignitate cōſtitutis. vt in. c. dudū. ij. ⁊ requiriť ꝙ talis ꝯſuetudo ſit al's legitime ꝑ. xl. annos preſcripta. vt. ꝫ. de ꝯſue. cū tāto. in fi. vbi de hoc. ⁊ dixi plene in extrauagā. ſuſcepti. Sed ꝗd erit de ſingulis canonicis vel alijs clericis ciuitatꝭ vel dioceſis belluacen. ꝗ ex indulgētia vel cōſuetudine habēt iuriſditionem ſuꝑ ſeruos ſuos: nō tñ ꝙ poſſint excōicare: vl' al's ſpūaliter ſeu corporaliter coercere eoſdē vt legiť. ꝫ. de fo. cōpe. cū cōtingat. vel de illis ꝗ habēt parrochiales eccl'ias prebēdis ſuis annexas: in ꝗbus iuriſditionem ſpūalē obtinēt: ⁊ etiā curā aīarū ẜm quoſdā de quibꝰ loquiť ca. ꝫ. de preben. ſuꝑ eo. lib. vj. nūquid tales poterūt tenere vnū bñficiū curatū: cū talibꝰ bñficijs vel prebēdis/al's de ſimplicibus? Credo ꝙ ſic. maxime ſi exponas in. c. cū cōtingat/coertione ſub. tꝑali nō ſpūali coertione iuxta. c. ꝫ. de verb. ſig. querēti. ꝓut expoſuit ibi Hoſt. qꝛ iuriſditio tꝑalis nō reddit bñficiū curatū: nec al's incōpaſſibile alijs. Hoc idē facit ꝓ iſtis archidi. vel alijs bñficiatis ꝗ lʒ habeāt villas vel caſtra ſuis bñficijs al's ſimplicibꝰ annexa in quibꝰ iuriſditionem obtinēt tñmodo tꝑalē: nō tñ ꝓpter hoc eoꝝ bñficia curata diceňť. Et idē credo de iſtis eccl'ijs ruralibus in quibꝰ rectores decimas ⁊ primitias percipiūt: nullā tñ curā aīaꝝ exercēt inibi: vel qꝛ nō ſunt ibi parrochiani. vel qꝛ ſi ſint: qꝛ forte ſuꝑuenerūt ibi aliq bordalarij: vel al's ab antiꝗ ſunt ibi pauci ignꝰ cura tñ aīaꝝ illoꝝ ꝑ vicinos pbřos ab antiꝗ exerceť. ⁊ oblationes et ſiīa ipſis ſoluūt. qḋ pōt fieri de iure. ꝫ. de deci. cū ſint hoīes. ⁊ c. in aliqbꝰ. i fi. Sicut nec religioſi pñt dici curati: lʒ decimas ⁊ primitias alicuius parrochie ꝑcipiāt ex aliꝗ titulo iuſto. ꝫ. de deci. ſtatuto. lib. vj. et c. religioſi. cōcil. vieñ. Ad decre. ſuꝑ eo. dic ꝙ illa cura vel iuriſditio ſpūalis non ineſt ibi prebēdis ꝗ ſunt ꝓncipales: ſed eccl'ijs potius ꝗ ſunt acceſſorie. ⁊ ſic eccl'ia non iudicať ibi: vt ꝓncipale. ar. ꝫ. de preben. extirpande ꝭ. ꝗ vo. ⁊ ſic ꝯſuetudo dat iuriſditionē. qꝛ ſi nedum ipſam dat cōſtitutis in dignitatibus immo ⁊ priuatis ꝑſonis: vt l decre. cū cōtingat. nec alibi eſt ita exꝓſſum vt no. Hoſtiē. nō tñ pōt dare ꝑtātem excōicandi talibꝰ priuatis ꝑſonis. vt. ꝫ. de offi. archi. cū ſatis. nec degradādi ſeu deponēdi. vt. ꝫ. de elec. trāſmiſſa. ẜm Hoſtiē. ibi. nec etiā capiēdi clericos ſeu corporaliter puniendi: vt credo. ar. ꝫ. de cle. coniug. clerici. lib. vj.

Religioſi nō pñt dici curati.

Excōicatio degdatio ⁊c. nō pñt cōpetē ex ꝯſuetudine

l ❡ De iure. Sed ꝗs eſt ille ꝗ de iure poſſit premiſſa vel eoꝝ alterū exercere ſatis eſt dubiū. Hic videť dicēdum ꝙ in hoc caſu illi dicunť habere premiſſa de iure qui eliguntur ab aliquibus ſupra ſe in prelatos: ⁊ per ſuperiores ſuos cōfirmantur. nā licet per electionem ius adminiſtrandi quis acquirat: non tamen exercitiū donec ſit confirmatus: maxime in exercitio cēſure.

eccl'aſtice.de q̄ plene in glo.no.lxiij.diſt.quāto. ⁊ per
Inno.⁊ Hoſtien.de offi.ordi.cū ab eccl'ia℞.⁊.c.quāto
Impa= ꝑ electionē eiꝰ exercitus ⁊ quodlibet collegiū ſibi im=
tor ⁊ p̄- peratorem ⁊ prelatū eligit.lxiij.diſt.legi.ſed iſte in ſo
latus ꝑ las ꝑſonas eligētiū iuriſditionē obtinet:⁊ ſic eſt iudex
electio= ꝑſonarū nō ter=
nē aſſu ritorij:qđ terri=
munt. toriū ſolus ep̄s

quentibus' in ſuo robore quo
ad cetera permāſuris. Nulli
ergo omnino hominū liceat
hāc paginam noſtrorū mode
rationis ſtatutorum conſtitu
tionum reſeruationis inhibi=
tionis ⁊ voluntatis infringe=
re:vel ei auſu temerario con=
traire. Si quis aūt hoc attē=
tare p̄ſumpſerit:indignatio=
nē omnipotētis dei ⁊ beato℞
Petri ⁊ Pauli ap̄lorū eius ſe
nouerit incurſurum. Datum
Auinione. xiij.kal. Decemb.
pontifi.noſtri. Anno.ij.

de iure cōi obti=
net i dioceſi ſua.
xvj.q̄ōe.vij.oēs
baſilice.niſi for=
ſan talis iferior
p̄latus haberet
ꝑrochias vl' alia
loca pro territo=
rio/iuxta ca.ij.
de prebē.ſuꝑ eo.
lib.vj.ſʒ hoc po=
tius eſſet de con
ſuetudine q̄ꝫ de
iure.⁊ hic de iu=
re loquimur tā=
tum ⁊ hoc qđ di
xi de electis con
firmatis:idē di=
co de inſtitutis ꝑ ep̄os inſtitutione auctorizabili:dū
tñ preſint perſonis collegiatis ⁊ curā aiarum in ipſis
exerceāt de quibꝰ loquit̄ ca.de reſcrip.⁊ ſi principalis
cōſil.vienen̄.⁊ dic per Hoſtiē.ſ.de offi.ordi.cū ſatis.⁊
idē de approbatis a iure ſicut ſunt electi in cōcordia.
de quibus.ſ.de elec.nichil eſt.in fi.⁊.c.indēnitatibus
Pene lib.vj.licet. q̄ꝫtum ad veritatem iſte pene ſp̄ūales nō
ſp̄ūales poſſunt fieri ꝑ monales cū procedāt a claue:⁊ clauis
nō p̄nt vſus nō cadet in moniales:vt legitur ⁊ no.ſ.de exceſ.
exerce= prela.tanta.⁊ de peni.⁊ remi.noua.⁊ de verbo.ſigni.
re ꝑ mo querēti.cum ſimilibus.de iure cōi ſeu de cōſuetudine
niales. nō ꝓprie cadūt iſte pene ſp̄ūales in ſingulares perſo=
nas.vt.ſ.dixi. Sed qđ de curatis parrochialiū eccle=
ſiarū nunquid poſſunt iſtas ſp̄ūales penas exercere.
ſcʒ excōicare:ſuſpēdere:vl' interdicere? De hoc nichil
ad nos ad preſens.ſed dic ꝑ Inno.⁊ Hoſtiē.ſ.de offi.
ordi.ſi ſacerdos:⁊ in ſumma Hoſtiē.de ſenten.excō.q̄ꝫ
quis poſſit excōmunicare.⁊.ij.q.j.nemo.

Uiſita= ¶ Uiſitare. Sed q̄ ſunt illi q̄ de iure poſſunt viſitare
re ⁊ p= ⁊ a viſitatis ꝓcuratiōes accipere? De ep̄is ⁊ archi=
curatio ep̄is non eſt dubiū:dū tñ ſint loca al's de ſe viſitabilia
nes ac= vt.ſ.de cēſi.auctoritate.c.ꝑpetuo.lib.vj. Sed nunq̄d
cipere patroni cleric.? Idē videt̄ cā tēporalium prouētuū de
q̄bꝰ per quibꝰ eſt eis ꝑ ſuos vicarios reſpōdendū.vt.ſ.de ap.
mittit̄. bone.⁊ de prebē.in lateranen̄. De hiis nō reperitur in
iure.⁊ ideo ſi talia exerceāt:credo q̄ magis hec faciāt
de conſuetudine vel ex inſtitutione fundationis q̄ꝫ de
iure.argu.xviij.q.ij.eleutherius.⁊ licʒ talia exerceāt
nō ꝓpter hoc ſolū cadēt ſub edicto hmōi decre.cū tem
poraliter potiꝰ q̄ꝫ ſp̄ūaliter videātur hec facere.ſic in
recipientibus albergas.hoc idem notant plenius.ſ.
quare dic vt ibi. Guillermus de monte laudino.

¶ Declaratio ampliſſima ⁊ luculentiſſima extraua=
gantis execrabilis que eſt vna de.xx.gloſatis per do=
minum zenzelinum/ſub titulo de prebendis.

Execrabilis quorūdam ambitio ⁊c̄. Suꝑ hac no=
ua cōſtitutione dubietates inſurgūt et queſtio=
nes vt ſequitur. Primo in quibuſdam eccleſijs puta
Anicien̄.Leod.⁊ ſimilibus.ſunt quedā officia vel be=
neficia que vocātur abbatie quare alique habēt ani=
marum curam et parrochias.alique nec curam ani=
marum habēt nec parrochias immo alique nec eccle
ſie nec dignitates vel perſonatus eſſe cēſentur:⁊ tñ ca
nonicis ipſarū eccleſiarū aſſignāt̄ur ſeu cōferri cōſue=
uerunt ita q̄ canonicus habet prebendā ⁊ illā abba=
tiam. Queritur vtrū huiuſmodi officia ſeu beneficia
veniāt in cōſtitutionem:ita q̄ canonicus talem abba
tiā cū ſuo canonicatu obtinēs:teneat̄ ipſam dimitte=
re ſi extra eam habeat aliā dignitatē vel perſonatum
quos licet vigore dicte cōſtitutionis noue retinere.

¶ Cum abbatia curata poterit retinere dignitatem nō curatā.al's non. vel iſto modo non poteſt retinere aliud beneficium curatum vbi curam animarum annexam habet eccleſia. Rñſio.

¶ Itē in aliquibꝰ eccl'ijs ſunt q̄dā cuſtodie quarū cu=
ſtodes nō habēt legere nec cātare nec ſe diuinis offi=
cijs intromittere in eccleſia:nec al's curā aliquā in ec=
cleſia exercere:ſed ſolū pulſare cāpanas:parare eccle
ſias pānis aureis:aut portare libros in choro lumina
ria accēdere:cuſtodire reliquias:theſaurū et ſimilia
miniſteria in eccl'ia expēſis proprijs facere quarū ex=
pen̄.occaſione eiuſdem cuſtodijs fuerūt poſtmodum
annexe alique parrochiales eccleſie.curā animarum
habētes in quibꝰ cura exercet̄ ꝑ ꝓprios ⁊ ꝑpetuos ſa
cerdotes licet in eis ſic annexis cuſtodes habeant de
cōſuetudine viſitare.excōicare delinquētes ⁊ abſolue
re.⁊ horū occaſione predictarū eccleſiarū quaſi archi
diaconi vulgariter noiantur ⁊ reputant̄. Nūc querit̄
vtrū tales cuſtodie veniāt in conſtōnem predictā ita
q̄ habētes ea teneāntur illas dimittere.potiſſime cum
quodā tēpore in aliquibꝰ eccl'ijs orta materia queſtio
nis inueniatur fore ſentētialiter diffinitū tales cuſto=
dias nec dignitates vel perſonatus eſſe:nec curā ani=
marū habere:ſed ſimplicia eſſe officia ſine cura.

¶ Cadunt ſub conſtitutione. Rñſio.

¶ Itē ſunt alique eccleſie vbi rectores creant̄ per ele
ctionem:⁊ vocant̄ creati q̄n̄q̄ abbates:q̄n̄q̄ rectores
q̄n̄q̄ p̄poſiti:q̄n̄q̄ archimādrite:q̄n̄q̄ diuerſis alijs
nominibꝰ ſm̄ conſuetudinē loco℞:nullā tñ curam ha
bent niſi q̄ canonicos cōgregāt tanq̄ꝫ caput:ſicut eſt
in partibus apulie. Querit̄ vtrū talia bn̄ficia veniāt ſ ¶ Cō=
in prefatā cōſtitutionē? de iure cōi videtur q̄ habeāt ſtitutio
curā ⁊ iuriſditionē per electionē et confirmationē ſed nē. Al's
ſi per priuilegium vel conſtitutionem approbatam ꝯſuetu
amiſerant/curam non habent. dinem.

¶ Non cadunt in conſtitutione. Rñſio.

¶ Item quidā ex diſpenſatione ap̄o. duas obtinēt in
diuerſis eccleſijs dignitates:quarū alteri dūtaxat cu
ra imminet aiarum ⁊ cū eiſdē ſimul plures canonica=
tus ⁊ prebēdas:in alijs tñ eccleſijs:quibꝰ canonicati=
bus ⁊ prebendis parrochiales eccleſie ſunt annexe in
quibꝰ ꝑpetui vicarij debent inſtitui in aliquibꝰ tñ ea=
rūdem ꝓpter ꝓcuratoris obtinētis hmōi dignitatem
in remotis agētis ⁊ hoc ignorātis deſidiā ſeu negligē
tiam reperiūtur tēpore conſtitutionis noſtre nouiter
ꝓmulgate eſſe vicarij tēporales. Modo querit̄ an ſm̄
formā dicte cōſtitutionis dictus obtinens dignitates
hmōi:canonicatꝰ ⁊ prebendas tales cū parrochijs ſic
annexis ſi dignitates voluerit retinere dimittere te=
neat̄ illas in quibꝰ cōtra iuris debitū reperti ſunt di=
cti vicarij tēporales.vel hoc nō obſtāte cū ꝓpter talē
deſidiam nō poſſit naturā beneficio℞ cenſeri mutatā
q̄a in prefate parrochie ſint canonicatibus ⁊ preben=
dis ipſis annexe ipſos poſſit licite retinere potiſſime
cum idem obtinens poſtq̄ꝫ ſciuit de tali deſidia procu
rato℞ ſuo℞ ad ipſas eccleſias elegerit vicarios repre
ſentandos ⁊ inſtituēdos perpetuo in eiſdē:licet non=
dum potuerint ordinarijs preſentari propter tempo=

Rñſio. rio breuitatem. ¶ Non cadunt ſub conſtitutione.
¶ Itē q̄rit̃ nunq̄d officia curie roma. cōputent̃ in nu-
mero officioꝝ quo ad nr̃am cōſtitutionē: ita ꝙ ſi quis
habet alias duas dignitates teneat̃ aliam dimittere
vel poſſit retinere oēs ſi vna illarum erat ſine cura.

Rñſio. ¶ Non computantur nec cadunt in conſtitutione.
¶ Itē archipbr̃at⁹ Bituricē. dio. viſitationē ꝛ iuriſdi
tionē hn̄tes ↄſueuerūt ↄferri prochialiū eccleſiarū re
ctorib⁹ ipſi⁹ dio. ꝑ ipſos archiep̄os. ſꝫ ſtatim archiep̄o
defuncto deſinit eſſe archipbr̄ ille qui ꝑ eū fuerat po-
ſit⁹. ꝛ caplm eccl'ie Bituri. creat archipr̄os nouos cre
ato ꝟo archiep̄o ceſſant archibr̄i poſiti ꝑ caplm: ꝛ ar-
chiep̄s ponit nouos: et q̄n̄q3 poſitos amouet ꝓ libito
voluntatis. ꝛ ita fuit de antiquis tp̄ibus de quo nō ex
tat memoria obſeruatū. Querit̃ vtrum archipbr̄at⁹
hmōi ſub ipſa cōſtōne cadat adeo vt ille qui hmōi ar-
chipbr̄atum cū hr̄et parrochialē eccl'iam acceptauit
vtrūq3 retinere valeat: ꝛ ſi non: vtrū de iure ceciderit
a iure prochialis eccl'ie ꝑ acceptationē archipbr̄atus
ꝛ ſi nō ceciderit ab eo iure/ vtrū retinere poſſit parro-
chialem eccleſiā quam primo obtinuit.

Rñſio. ¶ Non cadunt ſub conſtitutione.
¶ Itē in regno apulie ſunt eccl'ie hn̄tes prochiam te-
nuiſſime quo ad fructus: ꝓpter qđ ordinarij ꝛ alij ad
quos ſpectat collatio ſiue ꝓuiſio dictaꝝ eccl'iaꝝ ꝺ mo
re pr̃ie vni ↄſueuerūt plr̃alitatē taliū eccl'iarū cōferre:
nec recipiētes ipſas eccl'ias ꝓpter hoc ſe faciunt ꝓmo
ueri ad ſacerdotiū nec etiā ad ſacros ordies. et faciūt
deſeruiri dictis eccl'iis ꝑ vicarios tp̄ales iuxta bn̄pla
citū ſuū. plurimi ꝑterea ſummi pō. plurib⁹ ↄtulerunt
ꝙ poſſent acceptare in dictis ꝑtib⁹ bn̄ficiū vſq3 ad va
lorē. xv. libraꝝ/ vel. xl. vel. lx. vnciarū auri. cui⁹ cōceſ-
ſiōis ꝑtextu eſt videre ꝙ obtinuerint q̄n̄q3. xl. ꝛ. lx. de
dictis eccl'iis. Modo q̄rit̃ vtrū reuocatoria nuꝑ facta
ad ſupradicta beneficia ſiue eccl'ias ſe extendat.

Rñſio. ¶ Reſpondetur ꝙ ſic.
¶ Ep̄s cū ſuo caplo ſubuenire volēs exiguitati cuiuſ
dā eccl'ie collegiate ſue dio. quādā parrochialē eccle-
ſiā eiuſdē dio. (rectoris ipſi⁹ accedēte ↄſenſu) poſt ceſ-
ſum ſiue deceſſum rectoris hmōi dicte eccl'ie collegia
te vniuit. Nūc ꝟo ꝑdictā eccl'iam vigore noue ↄſtōnis
vacare ↄtingit q̄dā alio curato bn̄ficio electo a recto-
re ꝑfato ꝛ ꝑdicta eccl'ia re ꝛ ꝟbo dimiſſa. Hinc q̄rit̃ an
prefata vnio ſub forma ꝑſcripta locū ſibi vendicet re
ſeruatione dicte ↄſtitutionis nō obſtante. vel ecōtra.

Rñſio. ¶ Sub ↄſtitutiōe cadit vel reſeruatur dño noſtro.
¶ Itē dubitat̃ ſi ꝑdicta vl' ↄſimilis vnio facta fuerit ꝑ ſe
dē aplicam ꝛ ſub forma ꝑdictoꝝ ꝟboꝝ quid iuris.

Rñſio. ¶ Rñſio. vt. ſ. prime du in legitime ſit facta vnio.
¶ Itē quidā archidiacon⁹ in ſuo archidiaconatu ob-
ſtāte ſibi lōga ↄſuetudine nō pōt inq̄rere nec ſuſpēde
re nec excōicare vel abſoluere: nec aliquā iuriſditiōe
nē exercere: ſed eccl'ias rectoꝝ ſui archidiaconat⁹ vi-
ſitare pōt ꝛ ꝓcurationes ab eis recipe dūtaxat. Que
rit̃ cum alꝰ talis archidiacon⁹ nullam habeat parro
chialē eccl'iam annexā dicto archidiaconatui. an ex ꝑ
miſſis ſub forma dicte cōſtitutiōis noue curā alarum
hr̄e reputet̃. Et eſt q̄rentis intētio vtrū oīo ſoluta po
ſita ꝓpe finē ↄſtōnis ꝑdicte: necnō ibi et illa quorum
miniſtrio rōne bn̄ficioꝝ hmōi cōpetit viſitare/ inqui-
rere/ ꝓcurationes recipere/ ſuſpendere ꝛc̄. ponat̃ pro
coniunctiua in caſu dicte cōſtitutionis.

Rñſio. ¶ Comprehenditur ſub conſtitutione.
¶ Itē cuidā bn̄ficiū curatum obtinēti ꝓuiſum eſt de
quodā archidiaconatu in quadā cathedrali eccleſia: et
cui⁹ archidiaconat⁹ rōne idē archidia. caput eſt cuiuſ
dā eccl'ie collegiate ſclaris. ꝟ archidi. eſt in poſſeſſiōe
pacifica vel quaſi viſitādi et ꝓcurationes recipiendi
duntaxat. Ceterū poſſeſſionē dicte collegiate eccleſie
nec hꝫ nec habuit nec regimē canonicorum ipſi⁹: nec
quicq3 ꝑcipit ꝺ decimis ꝛ alijs fructib⁹ bn̄ficij ſui ꝑdi
cti. oibus de his facto ꝑ aliū occupatis ꝛ detentis. Ex
his q̄rit̃ cū ꝑfatus archidia. ꝓ ꝑte ſit in poſſeſſione iu
riū ſp̄ūalium ꝑdicti archidiaconat⁹. ꝛ ꝓ ꝑte nō: cū cu
rā nō habeat ꝑſonarū ſue collegiate eccl'ie ꝑdicte ꝛ ſu
per ea ꝛ alijs iurib⁹ ipſi⁹ pēdeat lis in curia: vtrū ta-
lis archidiacon⁹ retinendo iſtud curatū beneficiū pe
ne noue conſtitutionis aſtringatur.

¶ Curam habet ꝛ ſub conſtitutione cadit. Rñſio.
¶ Itē q̄dā in eccl'ia collegiata a iuriſditiōe ordinarij
exēpta ꝛ aplice ſedi ſubiecta obtinet decanatū ꝛ in ea
eſt caput capli: ꝛ ad decanatū aſſumit̃ decan⁹ per ele
ctionē nec elect⁹ a caplo alia cōfirmatione indiget de
ↄſuetudine: ſꝫ tn̄ elect⁹ inſtituit̃ et iſtallat̃ a caplo de
cōſuetudie ſupradicta. ipē ꝟo decan⁹ rōne dignitatis
cōuocat canonicos ad caplm. ꝛ hꝫ in caplo primā vo-
cē: vox tn̄ ipſi⁹ pluſq3 ſimplicis canonici in effectu nō
opat̃. Ipē ꝑ ſe inſolidū rōne dignitatꝭ: nec viſitat nec
ꝓcurationes recipit: nec excōicat/ vel ſuſpēdit aut etiā
interdicit. nec audit cōfeſſiones vel abſoluit. nec ꝑde
ceſſores ei⁹ vna cū ſuo caplo ꝑdicta ↄſueuerūt exerce
re: lꝫ ipſe ꝛ ꝑdeceſſores eiuſdē vna cū ſuo caplo exceſ-
ſus clericoꝝ ꝑdicte eccl'ie interdū delinquentium cor
rigere cōſueuerunt: ꝛ punire ꝑ chori priuationē et di-
ſtributionū groſſoꝝ fructuū bn̄ficioꝝ q̄ in ipa eccleſia
obtinēt. ꝛ ad ipſi⁹ capli diſpoſitionē ꝑtinent ſuſpēſio
nē ꝛ ſubtractionē ꝛ ipſorū delinq̄ntiū corpoꝝ detētio-
nem. aliqn̄ dūtaxat citra alicui⁹ alteri⁹ iuriſditionis
ſp̄ūalis exercitiū: videlꝫ viſitādi/ corrigēdi/ ꝓcuratio
nes recipiēdi/ excōicādi/ ſuſpendēdi/ vl' aliter ſeu alꝰ
interdicēdi cōfeſſiōes audiēdi/ pn̄ias iponēdi vel ab-
ſoluēdi. Quare cū dubitet̃ an in caſu ſiꝰ ↄſtitutio no-
na ꝑfata loquēs de bn̄ficijs curā hn̄tib⁹ alarū vendi
cet ſibi locū. Querit̃ vtrū decan⁹ decanatū ꝑdictū cū
alio bn̄ficio ſeu dignitate curā alarū hn̄te iuxta cōſti-
tutionē antedictā ex diſpenſatione dudū obtenta poſ
ſit licite retinere ſine pena cōſtitutionis eiuſdem.

¶ Curam habet ꝛ ſub conſtitutione cadit.
¶ Itē in regno ſicilie cōiter eccl'ie parrochiales atq3 Rñſio.
curate cōſueuerūt ꝑ aplicā ſedē ac etiā ꝑ ordinarios
plures vni dignitates et alias prochiales eccl'as ſiue
curatas obtinēti ↄferri: lꝫ illi quos cōferebant̃ eſſent
impuberes q̄n̄q3: vl' legitima etate minores. ꝛ ꝙ eccle
ſie ſupradicte q̄rū ad eos q̄b⁹ talit̃ ↄferebant̃ nō cēſe
bant̃ eſſe ſm̄ cōſuetudinē a lōgis retro tp̄ib⁹ in dictis
partib⁹ obſeruatā: q2 cura earū in ipſis ꝑ capellanos
etiā nō ꝑpetuos gerebat̃. Cū itaq3 multi fuerūt in cu
ria romana: ac regno ꝑdicto et alijs ꝑtibus qui ꝑ col-
lationē aplice ſedis ꝛ ordinarioꝝ obtinuerint plura
ꝛ mixta talia bn̄ficia. q̄ ex ꝟtute ↄſtōnis ꝑfate nuꝑ edi
te ſuꝑ curatꝭ bn̄ficijs dimittēdis oporteret eos dimit
tere: piū eſſet ꝙ circa eoꝝ indēnitatē aplica benigni-
tas ꝓuidere dignaret̃ ꝛ ſeritati noſtre placeret mod⁹
cōgru⁹ vt̃ ꝙ q̄rū ad tenorē ↄſtōnis ꝑdicte bn̄ficia par
rochias hn̄tia ſiue curas in ꝑtibus ſupradictis decer
nerent̃ ꝑinde haberi acſi fuiſſent ipa ꝛ ipoꝝ cure per
ꝑpetuos vicarios gubernate. ꝛ ꝙ futuris tp̄ib⁹ ꝑ vi-
carios ꝑpetuos gubernent̃. ꝛ ꝙ illi q̄ dicta bn̄ficia ob
tinebāt ꝛ nōdū dimiſerunt ipſa nō teneant̃ dimittere
ſi qui ꝟo dimiſerint eadē: ad ipſa (quotcunq3 fuerint)
auctoritate noſtra reſtituant̃ in integrū: ac ad eoſdē
redeant acſi ea nullaten⁹ dimiſiſſent cōſtitutiōe ꝑdi-
cta in contrarium ſuꝑ hoc edita non obſtante.

¶ Dimittant ꝛ de ꝓuiſione facienda deliberabitur. Rñſio.

¶ Item querit᷑ vtrũ ꝓfata ꝯſtitutio aſtringat aliquẽ habentẽ eccleſiam curatã. ⁊ canonicatũ ⁊ ꝓbendã ſacerdotalem ſimul qui canonicatus ⁊ prebẽda requirũt reſidentiam perſonalem.

Rñſio. ¶ Non cadit ſub conſtitutione.

¶ Itẽ in quadã eccl'ia cathedrali fuit olim facta ꝯpoſitio iter epm ex vna parte et capitulum ex altera ꝙ vicaria q̃ qñq; collata fuerat clericis qñq; laicis ſoli canonico ꝑ epm ad quẽ ſpectabat collatio conferret᷑. q̃ vicari⁹ nil ſpũaliter h̃z in eccl'ia: nec h̃z aliqđ officium nec aliquã ꝓrogatiuã: ſed de obuentioib⁹ curie vel iuriſdictiõis ſecularis ciuitatis h̃z tertiã partem. ⁊ in hoſpitio vicarie h̃z carceres ⁊ cuſtodẽ qui vna cũ cuſtodibus epi cuſtodit captos.

Rñſio. ¶ Dimittat ⁊ de ꝓuiſione facienda deliberabitur.

¶ Itẽ in eadẽ cõpoſitiõe ꝯtinet᷑ ꝙ vn⁹ archipbr̃atus qui appellatur noĩe cathedralis eccl'ie: vtpote archipbr̃atus ferrarieñ. ſoli canonico cõferret᷑: nõ tñ archipbr̃ h̃z aliquã ꝓrogatiuã in eccl'ia vel ciuitate: ſed h̃z eccl'iam curatã annexã archipbr̃atui: ⁊ viſitat certas eccl'ias: etiã ꝯ reſiſtẽtes viſitationi põt cenſuram eccl'iaſticã exercere: ſed aliã iuriſdictionẽ nõ h̃z diſpẽſatũ eſt cũ tali auctẽ aplica ꝙ poſſit dicta bñficia retinere vna cũ quadã eccl'ia cui⁹ cura ꝑ vicariũ ꝑpetuũ gubernat᷑. Nunc dubitat᷑ an dicti duo vicariat⁹ ⁊ archipr̃bĩterat⁹ poſſint dici bñficia in eadẽ eccl'ia ratio dubitationis eſt cum ſola noĩa habeant ab eccl'ia cathedrali ⁊ ſolis canonicis conferantur.

Rñſio. ¶ Non cadit ſub conſtitutione.

¶ Item dubitatur an conſtitutio execrabilis / extendat ſe ad prefata tria beneficia.

Rñſio. ¶ Conſtitutio non extenditur.

¶ Quidã h̃ñs vnã eccl'iã curatã ſine ꝑpetuo vicario h̃z aliã curatã in qua eſt ꝑpetuus vicari⁹. Querit᷑ an poſſit nõ obſtãte noua ꝯſtitutiõe vtrũq; retinere maxime ſi ſuper hoc fuerat cũ eodẽ legitime diſpenſatũ.

Rñſio. ¶ Reſpondetur ꝙ ſic ſ̃m conſtitutionem.

¶ Itẽ cũ ꝯſtitutio liget infra mẽſem a tpe noticie ⁊ cõſtitutio ipſa nõdũ ſit publicata niſi in romana curia: ſed ad aliquos extra ꝑueniat ꝑ famã ſeu rumorem: ⁊ ad aliquos ꝑlatũ quorũdã dũtaxat. Querit᷑ a quo tpe incipiat currere dict⁹ mẽſis añq; cõſtitutio ꝑ ꝑlatos vel deputatos ab ipſis fuerit ſolenniter publicata in eccl'iis cathedralibus eorundem ⁊ aliis locis ſolennibus in quibus cõſueuerũt talia publicari.

Rñſio. ¶ A tpe noticie. alꝰ a tpe conſtitutionis noue.

¶ Item cũ ꝑ ꝯſtõnem eadẽ dimitti debeãt bñficia curata infra mẽſem vnico retento dũtaxat ⁊ alia dimitti debeãt nedũ ꝟbaliter ſed etiã realiter ⁊ abſentes a bñficiis in curia vel alibi exiſtẽtes ꝟbaliter ea dimittant ⁊ realiter qđ poſſunt. Querit᷑ an ꝑ hoc ſit cõſtitutioni ſatiſfactũ dum tñ poſtmodum nõ impediãt per ſe vel alios illos quib⁹ dñs papa de bñficiis ſic dimiſſis ſeu reſignatis duxerit ꝓuidendum.

Rñſio. ¶ Faciant regulariter vt citi⁹ poſſunt.

¶ Adomat⁹ de graphicano ſignificauit paternitati noſtre. ⁊ ꝯ. Priorat⁹ curã aĩarũ h̃ñtes cadũt ſub ꝯſtitutiõe in qb⁹ nõ ſunt ꝑpetui vicarii. Paſchaſi⁹ pbr̃ ſignificat p̃nitati nr̃e. ⁊ ꝯ. Eccl'ia ꝓchialis in q̃ ſunt pſtõ ſacerdotes quoꝝ q̃libet officiat eã ꝑ certas ebdomadas miniſtrando ſacramenta.

Rñſio. ¶ Cadit ſub forma.

¶ Item prioratus habens parrochialem eccleſiã ſine perpetuo vicario cadit in cõſtitutione. habẽs perpetuum non cadit.

¶ Quoniam ſi habent curã: locum habet cõſtitutio. aĩs non. Item idem in domibus beate Marie theuthonicorum bethleem ⁊ ſimilibus.

Iohannes vigeſimuſſecundus. ¶ Epatus tholoſanus ĩ reditib⁹ plurimũ abundans in nouã metropolim ꝓpt̃ mltiplices cauſas hic expͣſſas erigit᷑: cui ꝑ ſuffraganeis eccl'iis ſũt deputate q̃tuor ville in nouas ciuitates erecte adiecta cũ illis eccl'ia appamiaꝝ. Et qđ⁹ epis ⁊ archiepis pri⁹ ſuberãt: q̃d q; earũ cuilibet ꝑ reditib⁹ ſit aſſignatũ hic exprimit᷑. ⁊ tãdem cenſure eccl'iaſtice ĩ rebelles ꝓferuntur. Aduerte ꝙ eccl'ia de vauro ⁊ eccl'ia de mirapice ſũt ſub eccl'ia tholoſana tanq; ſuffraganee l; de illis hic mẽtio nulla fiat. Utilitas ex hoc ca. habet᷑ qm̃ cognoſcim⁹ cãs erigẽdi et diuidẽdi eccl'as: alias aliis ſubiiciẽdi: ⁊ alias ab aliis eximẽdi. ⁊ ad ſolũ papã hec oĩa ſpectare cui ĩ ſingulari priuilegio maiores cauſe maioraq; negocia reſeruãtur. patet. in. c. ſ. de trãſla. epi. cu ſuis concor. Capitulũ. v.

